Incipiunt Cantica canticorum. Ca. I

O
Sculetur
me oſculo ori ſui. Quia
meliora ſunt vbera tua
vino: fragrãtia vnguẽ/
tis optimis. Oleũ effu=
ſum nomen tuum: ideo
adoleſcẽtule dilexerunt
te. Trahe me poſt te. Curremus in odore vn
guentorũ tuorũ. Introduxit me rex in cella=
ria ſua. Exultabim⁹ ꝛ letabimur in te: memo=
res vberũ tuorũ ſup vinũ. Recti diligunt te
Nigra ſum ſed formoſa: filie hierl'm ſicut ta=
bernacula cedar: ſicut pellis ſalomonis. No
lite me ꝯſiderare ꝙ fuſca ſim: quia decolora/
uit me ſol. Filij matris mee pugnauerũt ꝯtra
me: poſuerũt me cuſtodem vineis. Vineam
meã nõ cuſtodiui Indica mihi quem diligit
aĩa mea: vbi paſcas: vbi cubes in meridie:
ne vagari incipiam poſt greges ſodaliũ tuo=
rum. Si ignoras te o pulcherria inter mulie=
res egredere ꝛ abi poſt veſtigia gregũ tuorũ
ꝛ paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſto
rum. Eq̃tatui meo in currib⁹ pharaonis aſſi=
milaui te amica mea. Pulchre ſunt gene tue
ſicut turturi: collũ tuũ ſicut monilia. Mure=
nulas aureas faciem⁹ tibi: ṽmiculatas argẽ=
to. Dũ eſſet rex in accubitu ſuo: nardus mea
dedit odorẽ ſuum. Faſciculus myrrhe dile=
ct⁹ me⁹ mihi: inť vbera mea cõmorabiť. Bo
trus cypri dilect⁹ me⁹ mihi: in vineis engad
di. Ecce tu pulchra es aĩca mea: ecce tu pul/
chra: oculi tui colũbarũ. Ecce tu pulcher es
dilecte mi: ꝛ decorus. Lectulus noſter flori=
dus: tigna domorũ noſtrarũ cedrina: laque/
aria noſtra cupreſſina. II

E
Go flos campi: ꝛ liliũ conualiũ. Si=
cut liliũ inter ſpinas ſic amica mea in
ter filias. Sicut malus inter ligna ſil
uarũ: ſic dilectus meus inť filios. Sub vm/
bra illius quẽ deſiderauerã ſedi: et fruct⁹ ei⁹
dulcis gutturi meo. Introduxit me rex ĩ cel=
lam vinariã: ordinauit in me charitatẽ. Ful=
cite me florib⁹: ſtipate me malis: quia amore
langueo. Leua ei⁹ ſub capite meo: ꝛ dextera
illius amplexabiť me. Adiuro vos filie hie=
ruſalem ꝑ capreas ceruoſqꝫ camporũ: ne ſu=
ſcitetis neqꝫ euigilare faciatis dilectã: quo/
aduſqꝫ ipſa velit. Vox dilecte mei. Ecce iſte
venit ſaliens in mõtibus trãſiliẽs colles. Si=
milis eſt dilectus me⁹ capree hinnuloqꝫ cer=
uorum. En ipſe ſtat poſt parietẽ noſtrũ reſpi
ciens ꝑ feneſtras: ꝓſpiciens ꝑ cancellos. En
dilectus meus loquiť mihi. Surge propera
amica mea: columba mea: formoſa mea ꝛ ve=
ni. Jam enĩ hyems trãſijt imber abijt ꝛ receſ=
ſit. Flores apparuerunt in terra noſtra: tp̃us
putationis aduenit. Vox turturis audita eſt
in terra noſtra: ficus ꝓtulit groſſos ſuos: vi=
nee florentes dederũt odorem ſuũ. Surge ꝓ=
pera amica mea: ſpecioſa mea ꝛ veni: colum=
ba mea in foraminibus petre in cauerna ma/
cerie. Oſtende mihi faciẽ tuã: ſonet vox tua
in auribus meis. Vox enĩ tua dulcis: et faci=
es tua decora. Capite nob̃ vulpes paruulas
que demoliunť vineas. Nam vinea nr̃a flo=
ruit. Dilectus meus mihi: ꝛ ego illi: q̃ paſci=
tur inter lilia: donec aſpiret dies: ꝛ inclinẽtur
vmbre Reuertere ſil̃is eſto dilecte mi capree
hinnuloqꝫ ceruorũ ſup mõtes bethel. III

I
N lectulo meo ꝑ noctem q̃ſiui quem
diligit aĩa mea. Queſiui illũ ꝛ non
inueni. Surgam ꝛ circũibo ciuitatez
ꝑ vicos ꝛ plateas: queraꝫ quẽ diligit anima
mea. Queſiui illũ: ꝛ nõ inueni. Inuenerunt
me vigiles: q̃ cuſtodiunt ciuitatẽ. Nũ quem
diligit anima mea vidiſtis: Paululum cũ ꝑ
tranſiſſem eos inueni quẽ diligit anima mea.
Tenui eũ: nec dimittã donec introducã illuz
in domũ matris mee: ꝛ in cubiculũ genitriciſ
mee. Adiuro vos filie hierl'm ꝑ capreas cer/
uoſqꝫ camporũ ne ſuſcitetis neqꝫ euigilare fa
ciatis dilectã donec ipſa velit. Que eſt iſta q̃
aſcendit ꝑ deſertum ſicut ṽgula fumi ex aro/
matibus myrrhe ꝛ turis: ꝛ vniuerſi pulueriſ
pigmentarij. En lectulũ ſalomonis ſexagita
fortes ambiũt ex fortiſſimis iſrael: oẽs tenen/
tes gladios. ꝛ ad bella doctiſſimi. Vniuſcui⁹=
uſqꝫ enſis ſup femur ſuũ: ꝓpter timores no=
cturnos. Ferculũ fecit ſibi rex Salomon de
lignis libani. Colũnas eius fecit argenteas:
reclinatoriũ aureũ: aſcenſum purpureũ me/
dia charitate cõſtrauit: ꝓpter filias hierl'm.
Egredimi filie ſion ꝛ videte regem Salomo=
nem in diademate: quo coronauit illũ mater
ſua in die deſponſatiõis illius ꝛ in die leticie
cordis eius. IIII

Q
Vam pulchra es amica mea: q̃ꝫ pul=
chra es. Oculi tui columbarũ: abſqꝫ
eo qđ intrinſecus latet. Capilli tui ſi
cut greges caprarũ que aſcenderũt de monte
galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum:
q̃ aſcenderũt de lauacro. Omẽs gemellis fe=
tibus: ꝛ ſterilis nõ eſt inter eas. Sicut vitta
coccinea labia tua. ꝛ eloquiũ tuũ dulce. Si/
cut fragmen mali punici: ita gene tue: abſqꝫ
eo qđ intrinſecus latet. Sicut turris Dauid
collum tuum que edificata eſt cũ ꝓpugnacu/
lis. Mille clypei pendent ex ea: omis arma=
tura fortium. Duo vbera tua ſicut duo hin=

nuli capree gemelli: q̄ paſcunt̄ in lilijs donec
aſpiret dies: ⁊ inclinentur ymbre. Vadā ad
mōtem myrrhe: ⁊ ad collē thuris. Tota pul
chra es amica mea ⁊ macula nō eſt in te. Ve
ni de libano ſpōſa mea: veni de libano: veni
coronaberis: de capite amana: de vertice ſa-
nir, ⁊ hermon: de cubilibus leonum de mon-
tibus pardorū. Vulneraſti cor meum: ſoror
mea ſponſa: vulneraſti cor meum in vno ocu
lorum tuorum: ⁊ in vno crine colli tui. Quā
pulchre ſunt māme tue ſoror mea ſpōſa. Pul
chriora ſunt vbera tua vino: ⁊ odor vnguen
torum tuorum ſup omia aromata. Fauus di
ſtillans labia tua ſpōſa: mel ⁊ lac ſub lingua
tua: ⁊ odor veſtimentorū tuorum ſicut odor
thuris. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa
hortus cōcluſus: fons ſignatus. Emiſſiones
tue padiſus malorū punicorū: cum pomorū
fructibus. Cypri cū nardo: nardus ⁊ crocus
fiſtula ⁊ cinnamomū cum vniuerſis lignis li
bani. myrrha ⁊ aloe cū omibus p̄mis vnguē
tis. Fons hortorum, puteus aquarū viuentiū
que fluunt impetu de libano. Surge aquilo
⁊ veni auſter: perfla hortū meū: ⁊ fluent aro-
mata illius. V
Veniat dilectus meus in hortū ſuum
vt comedat fructū pomorū ſuorum.
Veni in hortū meum ſoror mea ſpon
ſa: meſſui myrrham meā cum aromatib⁹ me-
is. Comedi fauum cū melle meo: ⁊ bibi vinū
meum cū lacte meo. Comedite amici ⁊ bibi-
te: ⁊ inebriamini chariſſimi. Ego dormio: et
cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulſantis
Aperi mihi ſoror mea: amica mea: columba
mea: immaculata mea: quia caput meum ple
num eſt rore: ⁊ cincinni mei guttis noctium.
Expoliaui me tunica mea quomō induar il-
la? Laui pedes meos quomō inqnabo illos?
Dilectus me⁹ miſit manum ſuā p foramen.
et venter meus intremuit ad tactum eius.
Surrexi vt aperirem dilecto meo. Manus
mee ſtillauerunt myrrham: ⁊ digiti mei pleni
myrrha pbatiſſima. Peſſulum oſtij mei ape
rui dilecto meo: at ille declinauerat atq; tran-
ſierat. Anima mea liquefacta eſt vt dilect⁹ lo-
cutus eſt. Queſiui ⁊ nō inueni illū: vocaui et
non reſpōdit mihi. Inuenerunt me cuſtodes
qui circūierunt ciuitatē. Percuſſerunt me: et
vulnerauerunt me: tulerūt palliū meū cuſto-
des murorū. Adiuro vos filie hieruſalem ſi
inueneritis dilectū meū vt nuncietis ei: quia
amore langueo. Qualis eſt dilectus tuus ex
dilecto: o pulcherrima mulierū? Qualis eſt
dilectus ex dilecto: quia ſic adiuraſti nos.
Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus: ele
ctus ex milibus. Caput eius aurum optimū
come eius ſicut elate palmarū: nigre q̄ſi cor-
uus. Oculi eius ſicut columbe ſuper riuulos
aquarum que lacte ſunt lote: ⁊ reſident iuxta
flucta pleniſſima. Gene illi⁹ ſicut areole aro-
matum conſite a pigmētarijs. Labia eius li-
lia diſtillātia myrrham primā. Manus illi⁹
tornatiles: auree plene iacincthis. Venter
eius eburneus: diſtinctus ſaphyris. Crura
illius columne marmoree: q̄ fundate ſunt ſu-
per baſes aureas. Species eius vt libani: ele
ctus vt cedri. Guttur illius ſuauiſſimū: et to-
tus deſiderabilis. Talis eſt dilectus meus: ⁊
iṗe eſt amicus meus filie hierl̄m. Quo abijt
dilectus tuus o pulcherrima mulierū: q̄ de-
clinauit dilectus tuus? Et queremꝰ eū tecū.
Dilectus meus deſcendit VI
in hortum ſuū ad areolam aromatū.
vt ibi paſcatur in hortis: ⁊ lilia colli-
gat. Ego dilecto meo: et dilectus meus mihi
q̄ paſcitur inter lilia. Pulchra es amica mea
ſuauis ⁊ decora ſicut hierl̄m: terribilis vt ca-
ſtrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos
a me: q2 ipi me auolare fecerūt. Capilli tui ſi-
cut grex caprarū que apparuerunt de galaad
Dentes tui ſicut greges ouiū: que aſcenderūt
de lauacro. Omēs gemellis fetib⁹: ⁊ ſterilis
nō eſt in eis. Sicut cortex mali punici: ſic ge-
ne tue abſq; occultis tuis. Sexaginta ſunt re
gine: ⁊ octoginta cōcubine: ⁊ adoleſcentula-
rum nō eſt numerus. Una eſt columba mea
pfecta mea: vna eſt matri ſue: electa genitri-
ci ſue. Viderūt eam filie ſion ⁊ beatiſſimam p̄
dicauerunt: regine ⁊ cōcubine: laudauerunt
eam. Que eſt iſta q̄ pgredit̄ quaſi aurora cō
ſurgens: pulchra vt luna: electa vt ſol: terri-
bilis vt caſtrorū acies ordinata? Deſcendi in
hortū nucum vt viderem poma cōuallium: ⁊
inſpicerem ſi floruiſſet vinea: et germinaſſent
mala punica. Neſciui. Anima mea cōturba-
uit me: ppter quadrigas aminadab. Reuer-
tere reuertere ſunamitis: reuertere reuertere
vt intueamur te. VII
Quid videbis ſunamite: niſi choros
caſtrorū? Quā pulchri ſunt greſſus
tui in calciamētis: filia pncipis. Iun
cture feminū tuorum ſicut monilia que fabrica
ta ſunt manu artificis. Umbilicus tu⁹ crater
tornatilis: nunq̄ indigens poculis. Venter
tuus ſicut aceruus tritici: vallat⁹ lilijs. Duo
vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capree.
Collū tuum ſicut turris eburnea: oculi tui ſi-
cut piſcine in eſebon q̄ ſunt in porta filie mul-
titudinis. Naſus tuus ſicut turris libani: q̄
reſpicit contra damaſcū. Caput tuum vt car-
melus: ⁊ come capitl tui ſicut purpura regis
iuncta canalibus. Quā pulchra es: et q̄ de-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cora chariſſima in delitijs. Statura tua aſſimilata eſt palme: et vbera tua botris. Dixi. Aſcendam iu palmam: et apprehendam fructus eius. Et erunt vbera tua ſicut botri vinee: ⁊ odor oris tui ſicut odor malorum. guttur tuum ſicut vinũ optimum. Dignum dilecto meo ad potãdum: labijſqꝫ et dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo: et ad me conuerſio eius. Ueni dilecte mi egrediamur in agrũ: cõmoremur in villis. Mane ſurgamus ad vineas: videamus ſi floruit vinea: ſi flores fructus parturiunt: ⁊ floruerunt malapunica. Ibi dabo tibi vbera mea. Mandragore dederũt odorem in portis noſtris. Omnia poma noua ⁊ vetera dilecti mi ſeruaui tibi.

VIII

Quis mihi det te fratrem meum ſugẽtem vbera matris mee vt inueniam te ſolum foris: et deoſculer: et iam me nemo deſpiciat? Apprehendam te et ducam in domum matris mee: ⁊ in cubiculum genitricis mee. Ibi me docebis ⁊ dabo tibi poculum ex vino condito: ⁊ muſtum malorũ granatorũ meorum. Leua eius ſub capite meo. ⁊ dextera illius amplexabit᷑ me. Adiuro vos filie hieruſalẽ. Ne ſuſcitetis neqꝫ euigilare faciatis dilectam: donec ip̄a velit. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto: delitijs affluens innixa ſuꝑ dilectum ſuũ? Sub arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt mater tua: ibi violata eſt genitrix tua. Pone me vt ſignaculuꝫ ſuꝑ cor tuũ: vt ſignaculũ ſuꝑ brachiũ tuum. quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus emulatio. Lampades eius vt lampades ignis atqꝫ flammarum. Aque multe nõ potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtantiã domus ſue ꝓ dilectione: quaſi nihil deſpiciet eam. Soror noſtra parua: ⁊ vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtre: in die quando alloquenda eſt? Si murus eſt edificemus ſuꝑ eum propugnacula argentea Si oſtium eſt: cõpingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus: ⁊ vbera mea ſicut turris ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. Uinea fuit pacifico: in ea que habꝫ populos. Tradidit eam cuſtodibus: vir affert ꝓ fructu eius mille argẽteos. Uinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici ⁊ ducenti his qui cuſtodiũt fructus eius. Que habitas in hortis amici auſcultãt: fac me audire vocem tuã. Fuge dilecte mi: ⁊ aſſimulare capree hinnuloqꝫ ceruorũ ſuꝑ montes aromatum.

Expliciunt Cantica canticorum.

Incipit prologus in librum ſapientie.

Liber ſapiẽtie apud hebreos nuſqꝫ eſt. Unde ⁊ ip̄e ſtilus grecam magis eloquentiam redolet. Hunc iudei Philonis eſſe affirmãt. Qui proinde ſapientie nominat᷑: quia i eo chriſti aduentus qui eſt ſapientia patris: ⁊ paſſio eius euidenter exprimitur.

Explicit prologus. Incipit liber Sapientie. Caplm I

Diligite iuſticiam: qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate ⁊ ſimplicitate cordis querite illum: quoniã inuenitur ab his qui nõ temptant illũ: apparet autẽ eis q̃ fidem habent in illũ. Peruerſe enĩ cogitationes ſeꝑant a deo ꝓbata aũt ꝟtus corripit inſipiẽtes Quoniã in maliuolã animã nõ introibit ſapiẽtia: nec habitabit in corꝑe ſubdito peccatis. Spũs enĩ ſanctus diſcipline effugiet fictũ ⁊ auferet ſe a cogitationibꝰ q̃ ſunt ſine intellectu: ⁊ corripiet᷑ a ſuꝑueniente iniq̃tate. Benignus eſt enĩ ſpũs ſapientie ⁊ nõ liberabit maledictũ a labijs ſuis: qm̃ renũ illius teſtis eſt deus: et cordis illius ſcrutator eſt verus: ⁊ lingue eiꝰ auditor. Quoniã ſpũs domini repleuit orbẽ terrarũ: ⁊ hoc qđ cõtinet om̄ia ſciẽtiã habet vocis. Propter hoc q̃ loquit᷑ iniqua nõ põt latere: nec p̃teriet illũ corripiẽs iudiciũ. In cogitationibꝰ enĩ impij iuterrogatio erit: ſermonum autẽ illius auditio ad deum veniet: ad correptiõem iniq̃tatum illius. Qm̃ auris celi audit omnia: ⁊ tumultus murmurationum nõ abſcondet᷑. Cuſtodite ergo vos a murmuratiõe q̃ nihil ꝓdeſt: ⁊ a detractiõe parcite lingue. Qm̃ ſermo obſcurus in vacuũ non ibit: os autẽ qđ mentit᷑ occidit animã. Nolite zelare mortẽ in errore vite veſtre: neqꝫ acq̃ratis ꝑditionẽ in opibus manuũ veſtrarum Qm̃ deus mortẽ nõ fecit: nec letat᷑ in ꝑditõe viuorũ. Creauit enĩ vt eſſent om̄ia et ſanabiles fecit natiões orbis terrarũ: ⁊ nõ eſt in illis medicamentũ exterminij: nec inferorũ regnũ in terra Juſticia enĩ ꝑpetua eſt ⁊ immortalis iniuſticia aũt mortis acq̃ſitio. Impij autem manibus ⁊ ꝟbis accerſierũt illã: ⁊ eſtimãtes illã amicã: defluxerũt: ⁊ ſponſiones poſuerũt ad illã quũ morte digni ſũt q̃ ſunt ex p̃te illius